

206

OFFICIUM NOVISSIMUM,

BEATIS MANIBUS

HONORE, PIETATE ALIISQUE VIRTUTIBUS,
OLIM ORNATISSIMÆ

DN. BARBARÆ

RINGELTAUBIÆ

Natal. SCHIRMERÆ,

VIRI

PL. REVERENDI, CLARISSIMI

atque DOCTISSIMI

DN. MICHAELIS

RINGELTAUBII,

Ecclesiastæ ad Ædem SS. Trinitatis Neopolita-
nam Polonico - Germanici fidelissimi,

DESIDERATISSIMÆ CONJUGIS,

Anno 1640. die 16. Decembr. Natæ,

&

Anno 1703. die 11. Junii circa IV. matutinam

placidissimè denatæ,

Ipso Exequiarum solemnium die,

qui erat XIV. Mensis prædicti,

Præstitum

à

GYMNASII THORUNIENSIS

RECTORE ET PROFESSORIBUS PUBL.

THORUNII,

EX OFFICINA NOBILISS. SENATUS ET GYMNASII

fu-
i.
us.
o
am,
gis sua
PATRI,
idit/
s.
ps
ccta
ZKI,

In den hochbetrübteten Herrn Wittiber /
seinen wehrten Bönner.

Ist seines Alters Trost / Frau Ringeltaubin / hin?
Der Geist / der in Gestalt der Taube war erschienen /
Der laß' Ihm' ihren Stand zu seinem Troste dienen!
Ist seiner Taube wol / so weicht der Trauer = Sinn.

So wünschet von Herzen

M. George Wende /
Rector und Prof. P.

Nescio, quæ præfaga mihi mens damna revelet,
Quæ vexant gentem, Prussia chara, tuam.
Undiqvè turbarum nimbi tua climata stipant,
Undiqvè Te Marris torquet inane decus.
Si tua respicias antiqva tempora fortis,
Credes, quod mortis sis in agone tua.
Urbs obsessa gemit, tristes editqvè dolores,
Ornatu quoniam fit viduata suo.
Morbi grassantur, peperit quos triste periculum
Bellonæ: bellum Cos Tibi mortis erit.
Invigilant urbi Cives murosqvè tuentur, *
Atqvè suæ vitæ fila dolenda trahunt.
Mars sævam frontem miserando contrahit ore,
Contristans multos concomitante malo.
Ille suæ vitæ vix spondet tempora longa,
Namqvè fames illum territat atqvè sitis.
Iste citam sperat requiem pacisqvè salutem;
Sed quæ nunc cunctis exulat usqvè locis.
Hicce suas segetes, hortos deplorat & agros,
Et, quò Te vertis, nil nisi triste vides.
Agmine nos cingit miles Martisqvè corona,
Ast quæ jam nobis esse catena potest.
Urbs nostra est veluti carcer præ milite clausus,
Quo mihi vel dextro non licet ire pede.
Hæc equidem meruit nostræ perversio vitæ,
Quam nondum sequitur triste cor atqvè gemens.
Quam nondum sequitur vitæ emendatio pulchræ,
Quam nondum tangit pacis amica manus.
Tu DEUS ex alto nostri miserere benignè,
Et Nostris tandem parcito, quæso, focus!
Hæc mecum; dilecte DEO, Reverendèqvè Pastor;
Oras; ast animo lacryma densa fluit.

Nam.

Namqvè inter publicas turbas belliquè furores
Privato gemitu mens tua corqvè dolet;
Quandoquidem sociam thalami firmamqvè senectæ
Ereptam luges conqvererisqvè basin.
Illa tui senii poterat lenire dolores,
Atqvè tuæ constans esse columna domus.
Nunc uno mortis disjecta est præpetis ictu
Spes, quæ vel tenues consolidare solet.
Parce tamen lacrymis, sancta pars cana cohortis,
Et faveant votis Numina sancta tuis.
Quod mors præripuit charæ immatura Maritæ;
Id Tibi victuro proroget ulterius.

* Vide hic omnino, si civis & miles es,
B. Adm. Rever. Dn. Senioris M. J. Neu-
nachbahr præf. Postillæ suæ Evang.
Parti I. præfixam fol. 4. 5.

Hicce Pl. Rever. Dn. Fautoris & Compatriæ
dolorem insperatum lenire studuit

M. MARTINUS Böhmer.

Venisti in Mundum hunc, Matriona beata, malignum;
Vidistiquè in eo nil, nisi triste malum.
Sed nunc vicisti Mundum, mala, cunctaqve bella:
Janua cælorum mors tua læta fuit.
Ergo, quam felix es, cui victoria talis
Cessit, de Mundo quæqvè tropæa geris.
En! erit in cælis opus unum, egisse triumphum,
Carminaqvè æternum dicere grata DEO.
Non igitur dicat quisquam, quod mors tua dura,
Non erit hoc durum, quod bona tanta refert.

Iusti maroris ergo condolens f.

P. PATER.

Care Senex, cujus referunt pia tempora plumas
Cygnorum, niveus Vertice crinis ovar.
Quem finxit validum quondam sacra dextra Potentis,
Invalidum linquit quælibet hora ruens.
Vix figis certos gressus scandisqvè Cathedram
Vix sanus, langvent corpora & ossa tua.
Post rot conatus, operas, sanctosqvè labores,
Deficis enervis corpote & ore simul.
Ingenium fallit, defessa memoria fallit,
Diminuit vires morbus & orta dies.
Tempore ut æstivo flammans dum Sirius ardet,
Cervice inflexa dum rosa spectat humum:

Uc

Ut spicæ flavent instanti tempore messis,
Lilia flaccescunt igne perusta poli:
Ut rami hortotum fumo flammaqve voraci
Afflati, amittunt nomen & omne decus:
Sic moreris lentè, consumit tarda Senectus
Artus, omne decus, frigida membra trahis.
Non satis id, luctus instant veniuntqve ferendi,
Quos non sperasti, nec meruisse scio.
Comminuit casus non felix ossa pedemqve
Uxoris, cecidit, surgere lapsa nequit.
Suspirans jacuit ceu victus miles arena,
Ut puppis quando littore lapsa jacet.
Occasum vitæ casus lapsusqve malignus
Traxit, & ad gemitus te vocat ille graves.
Non mors deslenda est, genus at miserabile mortis
Est deplorandum, *Vir Reverende, Tibi.*
Debit esse tui Senii pes spesqve salusqve,
Debit exanimem contumulare Senem.
Tu tamen, ô sortem rerum! comitaris in urna
Compositam, lacrymis torpida membra rigas.
Nascitur inde Tibi, scio certò causa doloris,
Attamen huic scribant tempora nostra modum.
Qui vivent, dicent, felices morte peremti,
Nos dicent miseros, ossa sepulta, cinis.

*Bonarum licerarum estimatori,
è penu sua literaria
depromsit*

JOHANNES REZIK,
P. P. & Visitator.

Est hominum genus in terris, quod fertur in altum,
Incautum lapsu quò graviore ruat.
Sed Matriona, cui nunc solvere Justa jubemur,
Lapsa fuit, cœlum quò citius peteret.
Non potuit terris namqve esse diutiùs hospes,
Quæ tantum volvit mente superna pià.
Quapropter casus felix est iste, cadentem
Mortalem subitò qui tulit ad Superos.

lugens ser.

M. MARTINUS BERTLEFFIUS,
Prof. Publ. & Visit.

